



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-116531-p0001-1

DFG

*Ec. 13. 4to*

EPITAPHIA  
SCRIPTA

IN OBITVM PIAE

ET HONESTAE MATRONAE CHRI-  
STINAE, CONIVGIS REVEREN-

di & clarissimi viri M. STEPHANI ROTH,

pastoris & Superintendentis Ecclesiæ Neu-

stadiensis ad Orylam, quæ ex hac vita

XVII. Iulij Anno M. D.

LXXVII. euocata, in

Domino placide

quiescit.



IENAE.

Excudebat Donatus Richtzenhan,  
Anno M. D. LXXVII.

Honesto & aucto iurori & Mæsico Ximio  
Omo Cantori pessimensi Amico suo colando  
M. Stephanus Roth dicit, in habere Xemplum  
hunc sui modestri

# S A V E I

• J.V.XX.J.G. Monach.

לְמַלְאָכָה וְלִבְנָה וְלִבְנָתָה וְלִבְנָתָה  
וְלִבְנָתָה וְלִבְנָתָה וְלִבְנָתָה וְלִבְנָתָה וְלִבְנָתָה

M. STEPHANVS ROTH,  
Coniugem suam carissimam ex hac  
vita migrare meditano-  
tem & parantem,  
alloquitur.

C Vr viduum mea tu, mea tu CHRISTINA Mari,  
Deseris, & gnatos, pignora chara, tuos? (tum

Ipsa respondet:

S Ic Domino placuit, placeat tibi Care Marite,  
Quæ tibi cara fui, sum quoq; cara DEO.  
In Christo moriar, cœlesti reddita vitæ,  
Cara redibo tibi, Cara redibo DEO.

M. S. R.

Mani,

# MANIBVS BEATIS

HONESTISSIMAE FOEMINAE  
CHRISTINAE ex familia Petreiorum,  
Coniugis Reuerendi viri M. STEPHANI  
ROTHI. Pastoris & Superat-  
tendentis Neustadij ad  
Orlam.

C  
ompleto vitæ spacio, quod cuiq; voluntas,  
Iustum constituit iudiciumq; DEI,  
Qui, quid obesse suis, aut quid conducere possit,  
Longe ante æterna pro bonitate videt,  
Mors sequitur, mæsto cunctorum funere vitam  
Claudens, fatalis Jæua ministra colit:  
Sicut sacra docet diuini pagina verbi,  
Totius ut vitæ cursus & ordo docent.  
Namq; Deus metam primo quam fixit ab ortu,  
Illam nemo hominum transsilijsse potest.  
Præficit a sed hæc breuis est his, longior illis,  
Nec certam metam funeris ullus habet.  
Vnde fit, ut primis alij moriantur in annis,  
Tum iuvenes multi, pars quoq; magna senes.  
Quo tunc doctorum ratio scrutatur, aberrat,  
Cœcus in ignota ceu regione solet.

At

At Christi verbum retinens Ecclesia nouit,  
Atq[ue] docet, fieri hoc omne volente D[omi]nu[m] DEO.  
Qui vitam largitur, & aufert morte ministra,  
Ut sancto placitum est ipsius arbitrio.  
Quomodo CHRISTINAM quoq[ue], Christi nomen &  
Gestantem, fera mors in causa busta tulit. (omen  
Quae STEPHANO coniunx cara & fidissima ROTHO  
Annos ter quinos affuit, atq[ue] duos:  
Petreio patre nata, sacri qui pastor ouilis,  
Misna, Zuiccauij, Mulbusijq[ue] fuit,  
Vir grauis, & constans, doctrinæ maximus Ofor  
Hæreticæ, sapiens, & pietatis amans.  
Cuius ego meritas si pergam dicere laudes,  
Sufficiet quamvis non mibi longa dies.  
Sed dictum satis est, & nil me fingere, testis,  
Hunc modo qui nouit, quilibet esse potest.  
Talis cum fuerit, natam quoq[ue] moribus istis  
Imbuit, Ut castè viueret atq[ue] pie.  
Quod magna semper cura quoq[ue] præsttit illa,  
Dum virgo vixit, dumq[ue] marita fuit.  
Atq[ue] ita triginta tres fermè absoluerat annos,  
Natorum septem facta pudica parens:  
Quando illam diræ rapit inclemencia mortis,  
Hic ubi Neustadios Orla pererrat agros.  
Quò carum fuerat pridem comitata maiatum,  
Suspiciens illic præfulsi officium.

A 3 O quam

O quantum teneris natis CHRISTINA dolorem  
Mors tua dat, quantam mæsticiamq; viro:  
Qui desiderio tristite saepe requirens,  
Conqueritur mortem te rapuisse sibi.  
At joboles orbata fideli terna parente  
Lamentando modum vix habuisse potest.  
Sed tibi parta quies, omnisq; in littore portus,  
Proq; tuo Stephano cœlica ferta capis.  
Corpus humo tegitur, sed mens est reddit a cælo,  
Urtus principium duxerat vnde sui.

Vos autem, quos hic orbos CHRISTINA reliquit  
Decedens, lacrymas attenuare decet.  
Non amissa, sed est præmissa, ad vosq; redibit,  
Quando animis iunget corpora nostra DEVS.  
Interea ipsa cupit vos mortua sistere luctum,  
Auxilio fretos & bonitate DEI.  
Complexus donec, post huius tempora vitæ,  
In cælo viui copia rursus erit.

A M. Basilio Bohemo gubernatore  
Scho lœ Neustadiensis, in memo-  
riæ gratæ affinitatis, præstitum  
officium.

EPIT A.

## E P I T A P H I V M.

Hic inter sparsos Primaria Fœmina flores,  
Suauiter irriguo pressa sopore cubat.  
Quæ CHRISTINA senis Petreij filia natu  
Maior erat, STEPHANI chara marita ROTHI.  
At constat celebri Petreium laude fuisse,  
Et bene de templis deq; Scholis meritum:  
Eius enim Vigilem Cygnæa Ecclesia curau<sup>t</sup>  
Nouit, & eiusdem Mulebusina fidem:  
Namq; sacrum lituum cum laude gerebat utroq;  
Antistes fidus conspicuusq; loco.  
Hoc tali dignam se filia patre gerebat.  
Eximijs animi fœmina compta bonis.  
Docta domi studio patris matrisq; fideli  
De cultu verum concelebrante DEV M.  
Ardebat vero verbi cœlestis amore:  
Id fidei & Vitæ regula semper erat.  
Tum pudor, & placidi mores, sermoq; modestus  
Prodebant animi nuncia signa decus:  
Nec promæ condæ solertia amabilis ipsi  
Oeconomæ deerat dexteritas ue bonæ.  
Filiolis vero, quos ternos ipsa reliquit,  
Quam pia, quam fido pectore mater erat.  
Et quoniam vigili gestabat corde Maritus  
Praelulis impositum Neustadiensis onus:

Obsr



Obsequio suavi curas lenire Mariti  
Nouerat, vxoris moribus v/a probæ.  
At nimis heu properè mortis prærepta rapina,  
(Quæ de more bonos præripit ante malos.)  
Quam desiderij tibi Vulnus liquit acerbum  
Pectoris in thalamo fide Marite tui?  
Sit modus in luctu: Fuit ipsi terminus ævi  
Fixus: ut est vitæ meta cuiq; suæ.  
In Christo dulcem nunc percipit ipsa quietem  
Ex toto æthereis asse beata bonis.  
Mors CHRISTI, Mortis mors est, & pestis Auerni;  
Hinc nihil in iustos Mors & Auernus habent.

M. Christophorus Blumenreder  
Pastor Ecclesiae Neuhofensis:



Επιτάφια

**FUNEBRIS, IN TUMVLVM HO-**  
nestissimae matronæ CHRISTINÆ, Reuerendi  
virt M. Steph: Roth, pastoris ac Superattendentis  
Ecclesiæ Neapolitanæ coniugis, qua ipsa mari-  
tum suum alloquitur atq; consolatur.

**N**uncquid adhuc tristi mea funera pectore luges,  
Quæ subitò sœua sum tibi raptæ lue?  
**N**unquid adhuc fidam gemibundi turturis instar  
Consortem quereris, chare marite, thori?  
**D**esine: nec, precor, alterius mibi munera vitæ  
Inuideas, obitu nunc mibi parta meo.  
**V**iuo etenim, vitamq; per omnia gaudia duco,  
Dum colit excelsi Spiritus astra poli.  
**H**ic ego nunc versor, spacioſa per atria, ſedem  
Quà DEV S ipſe ſuam TRINVS & VNus habet.  
**H**ic natos video, fratremq; patremq; priores  
Cæleſtis patriæ qui petiere domum.  
**P**raefentemq; DEV M video; vitaq; perenni,  
Et placida requie, læticiaq; fruor.  
**A**dde quod angelicis ſimul associata ministris,  
Perpetuò modulor carmina grata DEO.  
**E**t ſic cantandi nunc excolo plenius artem,  
Qua tecum in viuis ſæpius v/a fui.

B

Ergo



Ergo tanta tuæ gratare ô gaudia costæ,  
Gaudia perpetuo non moritura die.  
Et luctum moderare tuum, moderare querelas,  
Nec toiles lacrymis me reuocato tuis.  
Nam semel ærumnas superauit fortiter omnes,  
Ista quibus nunquam vita caduca caret.  
Cœlestisq; fruor nunc regni sorte beata,  
Inq; sinu Christi tutâ quiesco mei.  
Hic locus : hæc sedes : hic portus & aura salutis  
Quam capiunt omnes post sua fata pij.  
Iam licet hæc magnum pariat ruptura dolorem,  
Aspera quam nostro fata tulere choro :  
Tu canem hanc placidè patiens superato dolorem,  
Et luctum redditus spe reueato tuum.  
Namq; aliquando tibi ( res est verissima ) reddet.  
**CHRISTINAM** magno **CHRISTV** Shonore tu  
Nulla trium fallet tunc gaudia nostra sororum, Cam.  
Non quoq; nos letbi distrahet atra dies.  
Sed læti æternos ambo ducemus in annos  
Vitam, quæ stabilis, læta, suavis erit.  
Ambo louæ laudes, vocum modulabimur ambo  
Carmina lætificis tempus in omne modis.  
Sic ego describo cœlestia gaudia, si quis  
Altera sit qualis vita futura rogat.

Kies

*Vita perennis erit suavis modulatio cantus  
Musica, nil aliud, vita perennis erit.  
His precor ut valeas, & sancti dogmate verbi  
Cum multa pascas utilitate gregem.  
Et teneros cures, charissima pignora, natos  
Gaudia qui faciant multa Marite tibi.*

*Georgius Eberhardus,  
Pastor in Oeber oppurgk.*



Wilt berichten derer vornemmen  
Von dreyen, die sich in  
Zwischen dem 24. und 25. Februar  
Came mit uns per Schiff nach diesem Lande.  
Die seyn sehr gesund und  
Gern sind wir sehr freudig auf sie gewartet.

Cesayn Empfangen  
Pfeifer in Oder oþer Städte



*C 4160*

ULB Halle  
003 485 978


3



*mc*







14-

EPITAPHIA  
SCRIPTA  
IN OBITVM PIAE  
ET HONESTAE MATRONAE CHRI-  
STINAE, CONIVGIS REVEREN-  
di & clarissimi viri M. STEPHANI ROTH,  
pastoris & Superintendentis Ecclesiae Neu-  
stadiensis ad Orylam, quæ ex hac vita  
XVII. Julij Anno M. D.  
LXXVII. euocata, in  
Domino placide  
quiescit.



I E N A E.

Excudebat Donatus Richtzenhan,  
Anno M. D. LXXVII.

Honesto & docto iuris & Musico Ximio  
Dno Cantori pessicensi Amico suo colande  
M. Stephanus Roth dicit, in hanc exequias  
hunc sui domostri